EPIT

GROF

1540

2944/A
E xii. f
16

Grospré

64526

Epitome

ROBERTI GROPRETII
Atrebatis de Vrinis.

Eiuſdem Aphoriſmi.

Cum priuilegio.

PARISIIS:
Apud Dioniſium Ianotium.
1540.

A Monſieur le Preuoſt de Paris ou ſon Lieutenant.

SVpplie humblement Charles L'angelier libraire de ceſte ville de Paris, qu'il vous plaiſe luy permettre d'imprimer, vendre & diſtribuer vng petit liure intitulé, Epitome Roberti Gropretii de Vrinis: & que deffences ſoient faictes à tous aultres libraires & imprimeurs de ne imprimer, vendre ne diſtribuer d'aultres que ceulx que ledict ſuppliant aura faict imprimer iuſques à troys ans finis & accomplis, à compter du iour & date que ledict liure ſera acheué d'imprimer, à celle fin que ledict ſuppliant ſe puiſſe rembourſer des fraiz & miſes qu'il luy a conuenu frayer audict liure, & ce ſur peine de confiſcation deſdictz liures, & d'amende arbi-

trayre. Et vous ferez bien.

Soit faict ainſi qu'il eſt requis.
Faict le .xxv. iour de mars,
Mil cinq cens quarante.

I. I. De Meſmes.

Ce liure a eſté acheué d'imprimer le ſezieſme iour D'octobre, mil cinq cens xxix.

Domino

NICOLAO FLORENA-
ti, Inuictiſſ. Caroli Cæſaris
medico ornatiſſimo ac
periiſſimo, Rob. Gro
pretius Atrebas,
S. D.

PRimum omnium hoc teſtatū eſſe volo ſtudioſis omnibus vir doctiſſime, me nequaquã hic velle patrocinari illis medicis qui lotii inſpectione tã perdite abutuntur, miſereque populares decipiunt, ſed tantum vſum quē Hippocrates, Galenus, aliique vęteres, ex vrinæ inſpectione habuerunt, breuibus demonſtrare. Vrina veſicę, renū, & epatis diſpoſitiones oſtendit, vnde ſi predicta mēbra bene ſe habuerint, vrina vtique naturalis & ſana erit. Hinc plurimorum ignorantia patet, qui medicū tãtūmodo ex inſpectione

vrinæ, poſſe omnia ſcire opinantur, nec peritum quempiam eſſe medicū, niſi per vrinā prędicere ſciat ſimthomata, & naturam morbi: ſed ii tradēdi ſunt malis medicis expoliandi vafris & verſutis, qui ſtatim viſa vrina, fingunt totius ægritudinis ſubſtātiā cognoſcere, & tantūmodo referunt generalia, quæ ægris omnibus ſolēt accidere, vt pote aiunt patientem, dolore ſtomachi laborare, aut capitis. Verū an dolor talis proueniat ab humoribus, craſſis, viſcoſis, & lentis, an ex phlegmate acri, ac ſalſo, aut ex cholera putrefacta venis: vel extra venas, ignorāt. Quæ cū ita ſeſe habeāt, vir ornatiſſime, hunc libellum in tuā tutelā ſuſcipere digneris, taque ſi te id affecturum cenſero, vti hercule nō diffido, tandē iſthuc me extimulabit hic tuus in me fauor, vt quæ intra domeſticos parietes ſunt, ſtatim atque maturuerint, libentius tibi communicaturus, & ſuo tēpore euulgaturus audētius, in cōmune emolumentum.

Vale.

De Vrinis.

VRina eſt ſuperfluitas ſanguinis, in magna vena, delata per renes, & vaſa ſeminaria, in veſicam. In inſpectione vrinę quatuor ſunt conſideranda, ſcilicet quantitas, calor, circulus, & hypoſtaſis. Sed medicus nouellus, antequam de vrinis iudicium ferat, ſingulis diebus vrinam ſaluberrimã reſpiciat, vt poſtquam vrinam aliquã ab vrina ſaluberrima declinaſſe viderit, mox ab optima & ab exquiſita ſanitate hominem cecidiſſe intelligat. Lotium ergo ſaluberrimum & ab omnibus fere vitiis alienum eſſe putatur, quando omnibus partibus, vrinis ſanorum ſimillimum eſt, ac quantitate reſpondet, ei quod eſt bibitum, cum hypoſtaſi, leui, & equali.

❧ Vrina ſi fuerit ab aere infrigida, nõ iudicabit medicus niſi cũ vrinali tepide fuerit calefacta, donec ad propriã venerit naturã nec debet aſpici in

aere nimis radioſo, aut obſcuro. In pricipio morbi, vrina eſt tenuis incõcocta, aliquãdo turbida, per accidẽs, in augmẽto paululum eſt tinctior, cũ hypoſtaſi aliqua, aut nubecula, vel ſedimine: nã quo maior ſit cõcoctio, eo tinctior apparet, in declinatione erit rubea, claritate orbata.

☞ Mulierum vrinæ ſunt magis groſſę & albæ minus pulchræ, virorũ vrinis, & maſculorum vrinas cũ moues turbantur, & aſcendit eius turbatio ad ſuperiora: ſed mulierum vrinę nõ fere turbantur, ex motione, & habẽt ſupra ſummitatem ſpumam rotundã, ſi turbidæ fuerit, earum turbatio pauca erit.

☞ Vrina prægnantium mulierum à primo menſe, ſecundo, tertio vſque ad ſextum menſem, excluſiue eſt citrina, palearis ad ſubalbedinẽ declinãs, clara in ſuperficie, nebulam habens in qua apparent granula aſcendentia & deſcẽdentia: ſed in medio imprægnationis vt in ſexto, ſeptimo menſe, vel circa, erit ſimilis aquæ in qua

coƈti ſunt pedes vituli non excoriati, nam facta retentione ſanguinis, natura matricis exiſtente forti, per poroſitates expellit aliquid ſanguinis fuſti, retenti qui cum vrina miſcetur, cauſans talem colorem. In fine inpregnationis cum mouetur vrinalę, apparet rubedo.

Caliditas, colorat vrinam,
Frigiditas, cum adeſt dealbat,
Humiditas, vrinam inſpiſſat,
Siccitas, eam clarificat.

Vrina
Infantiũ, habet colorẽ lactis
Puerorum, debet eſſe multa, groſſa, albedini vicina,
Iuuenum, ignei coloris, rubei vel crocei,
Senum, declinat ad albedinẽ, & ſubtilitatem,
Sũtque vrinę eorũ groſſæ. Iſaac dicit eã eſſe citrinã, citrinitate remiſſa ſicut color palearis.
Decrepitũ, eſt maioris albedinis, & tenuitatis, vrinis ſenũ, ſi eſt vehemẽter groſſa, erũt ſenes apti ad paſſionẽ lapidis

Vrina

Rubea in colore, groſſá in liquore, indicat comple-xioné calidam & humidã, ſcilicet ſanguineam,

Rubea, & ſubtilis, comple-xionem calidam & ſiccã ſci licet cholericam.

Alba, & groſſa, complexio nem humidam, & frigidã,

Alba, clara complexionem frigidam & ſiccam, ſcilicet melancholicam oſtendit.

De quãtitate vrinæ.

Vrida mediocris in quantitate, co lorem habens citrinam, & igneam cum hypoſtaſi æquali diu perdurãs, ac in fundo reſidens, complexionem indicat temperatam, in qua nulla qualitatum, aliam ſuperat.

❧Vrina in quantitate multa, paucā ventris ſignificat deiectionem, victū vel potum, liberaliorem, ac facultatis naturalis robur, In declinatione morbi, chriſim bonam ſignificat. Vrina pauca indicat facultatis naturalis in cōquendo opilationes aut victū tenuem.

De coloribus vrinæ.

Albus color eſt vt aqua fontis.

Color ſub pallidus, vt decoctio ſemi coctæ carnis ſimilis eſt.

Lacteus vt ſerum lactis.

❧Charopus vt vellus cameli ſubalbidum, qui fit partim ex albo partim ex nigro, Plus tamen ex albo, aſſimilaturque lapidi onicho.

Color rubeus, vt crocus orientalis.
Subrubeus, vt crocus hortulanus.
Ruffus, vt aurum puriſſimum.

Color ſanguineus, vt ſanguis purus.
Citrinus, vt color pomi citrini.
Subcitrinus color, eſt ſatis notus.

Color inops eſt quaſi vinum quod vergit ad nigredinem, ſicut vinum ytalicum quod fertur de calabria, κια nos vero profundiorem habet nigredinem, ac multiplicem colorem, in quadam enim parte rubicundus, in quadam niger, in alia liuidus, vel viridis apparet.

Color viridis, colorem qui in foliis braſſicę vel graminis aut ſmaragdo eſt, repreſentat.

Color liuidus, plumbi, colorē refert.
Color niger, eſt ſimilis atramento.

De vrina alba.

Vrina alba tenuis humorum cruditatem, virtutis debilitatem aut opilationem ſignificat.

Vrina alba ſubtilis ſi in febre ac

phreneſi apparuerit(cum ratione febris talis eſſe non debeat)bilem cerebrum petiuiſſe ſignum eſt.

Secundum Galenum de locis affectis Libro primo.

☞Vrina aquę ſimilis ĩ aqua ſubſidẽt ſabuloſa& patiens inſuper aſſidue pudendum ſcalpat idque vel laxum vel intentum pręter modum poſtea vrina de repente ſupprimatur, optima ratione coniicere poteris, huic lapidẽ in ceruice veſicę incidiſſe.

☞Vrina alba & tenuis in ſenibus, debilitatem caloris indicat & prolixitatem ægritudinis.

☞Vrina alba & tenuis multum ac ſępe micta, dyabetem &c.

☞Vrina alba groſſa, vberrimã humorum copiam ſignificat.

☞Vrina alba groſſa in febribus ſi

ſpectetur, & diu appareat nec tenuari proceſſu temporis cœperit, multitudinem humorum non paruam oſtendit, adeo vt natura ceſſet ab omnibus ſuis operationibus.

De vrina ſubpallida.

☞Subpallida & tenuis vrina ſignificat effectum ſtomachi ac impedimẽtum ſecundæ digeſtionis. Verũ hæc vrina (teſte Hippocrate) in epidimis, in febribus laborioſis ſi die quarta ſpectetur ab abſceſſu liberat.

☞Vrina ſubpallida, ſpiſſa, phlegma extra venas abundare ſignificat.

☞Vrina ſubpallida groſſa, circulum habens rubeum, dolorem epatis, & maximum calorem, cum apoſtemate intrinſeco oſtendit.

☞Vrina pallida, & ſubbpallida, tenuis, ſine febre melancholiam.

De vrina lactea vt ſerum lactis.

Vrina lactea vt ſerum lactis ſi multa fuerit in ſanis multam ſignificat potationem cum largo cibo. In ſenibus debilitatem virtutis digeſtiuę indicat. Hęc vrina in principiis febriũ mala, diuturnitatem morbi indicat.

Vrina lactea ſpiſſa quę ſpermati aſſimilatur, ſignificat humorum phlegmaticorum copiam, vt plurimũ appoplexiam, aut ſimilem ægritudinẽ.

Vrina lactea ſpiſſa pauca craſſa inferius cum ſquãmis vel arenulis, lapidem, ſine ſquãmis fluxum ventris.

Vrina lactea ſpiſſa ſpumoſa, dolorem capitis propter humores phlegmaticos cerebrum aſcendentes.

De vrina karopos.

Vrina karopos cum ſubſtantia ſpiſſa ſi multo tempore fuerit turbida, & appoſita manu liuida, hydropiſim ſignificat.

☞ Vrina καropos ſpiſſa ſine arenulis cholicam& iliachā paſſionem ex crudo & viſcoſo humore demonſtrat, cum tortione inteſtinorum.

Vrina καropos ſi diu permanſerit humorum corruptionem ſignificat.

De vrina rubea.

☞ Vrina rubea mediocriter ſpiſſa, ſanguinis abundantiam ſignificat, ſed in ægritudinibus acutis, nullam faciens reſidentiam perditionem patientis ac mortem oſtendit.

☞ Vrina rubea groſſa turbida apoſtema in epate ſignificat & eius debilitatem.

☞ Vrina rubea clara, caliditatem epatis, ac pulmonis inflammationem ſignificat.

Vrina rubea. In ſpaſmo, apoplexia, paralyſi, pthiſi, hydropiſi, colica, Diſſenteria, & peripleumonia. vt plurimum mortem.

Vrina rubea pannum tingens in ea tinctum, ictericiã ſignificat, & quãto rubior & tinctior eſt, ita quod tinctura eius à panno difficulter remoueri poterit, tanto ſanior eſt. In ictericia vrina ſi fuerit alba pauci coloris, indicat futuram hydropiſim.

Vrina rubea cum hypoſtaſi alba diſſolutionem febris ſignificat, cum hypoſtaſi rubea, longitudinem morbi ſignificat, ſed morbum ſecurum oſtendit.

Vrina rubea fœtida cum hypoſtaſi nigra, eſt mortalis.

De vrina ſubrubea.

Vrina ſubrubea liuens manu appoſita pleureſim ſignificat & longitudinem ægritudinis.

Vrina craſſa ſubrubea, maxime ſi tamen habuerit hypoſtaſim lõgos morbos portendit, ſed à periculo ſunt immunes.

De vrina ruffa.

Vrina ruffa vt aurum purum cum ſubſtantia mediocriter tenui æquali, hominem ſanum ſignificat: Si talis vrina appareat in ſene, puero aut muliere, calefactiōem epatis, aut febrem tertianam ſignificat

De vrina ſanguinea.

Vrina ſanguinea, hepatis debilitatē, aut mictum ſanguinis, aut vulnus in vaſis vinariis oſtēdit. Hęc vrina aliquādo poſt lōgum exercitium ſpectatur Si ſpectetur poſt maximā famē, ſāguineū humorē aſſari, atque in cholerā rubeā vel in nigrā bilē tranſmutari omnibus eſt manifeſtum.

De vrina citrina.

Vrina citrina ſubtilis in ſacris corporibus eſt laudabilis. In infirmis dolorem ſplenis oſtendit.

Vrina citrina cum ſubſtantia mediocriter ſpiſſa & ſiti magna epatis, diſtē perātiā atque calefactionē oſtendit.

Vrina citrina tenuis cū obſcura ſubſtantia in mulieribus, ſyncopī ſignificat.

Vrina citrina & tenuis in prīcipio febrium acutarū apparēs, cruditatem materieſignificat, morbi prolixitatē, & defectū virtutis, talis vrina ſi appareat in medio morbi vel in fine precedēte vrina rubea aut rubicunda phrenesim ſignificat, ſed ſi critica preceſſit purgatio, deſignat conualeſcentia & morbi declinationem.

De vrina ſubcitrina.

Vrina ſubcitrina pallori vicina, totū tenuis, melancholiam in naturalem abundare ſignificat.

Vrina ſubcitrina tenuis, parum intenſa, choleram abundare demonſtrat.

Vrina ſubcitrina mediocriter tenuis, ſignificat tertianam de cholera, In muliere vel ſene melancholico vel phlegmatico , ſimplicem ſignificat quotidianam.

Subcitrina vrina cum ſpuma crocea, ictericiam croceam ſignificat.

De vrina inops & kianos.

Vrina inops ſicut vinum inferius obſcurum, & turbidum vel ſubrubeum cum quadam liuiditate crocea ſuperius apparens, apoſtema epatis ſignificat.

Inops in acutis febribus maxime in cauſonide, magnam aduſtionem ſignificat, & quandoque mortem propinquam.

Vrina inops ſpiſſa in mulieribus ſine febre, menſtruorum ſignificat eruptionem.

Inops habens ſpumam croceam, nimiam epatis calefactionẽ vel ictericiam ſignificat, que ſi ante diem ſe-

ptimum euenerit in febre acuta peſſi
mum ſignumeſt,ſed ſi poſt ſeptimum
diem appareat, ſolutiõem morbi por
endi.
Vrina κianos & inops apoſtema epa
is,pleureſim,peripleumoniam & ro
um apoſtema ſignificat.
ianos & inops ſi in media regione
piſſior appareat,hydropiſim ſignifi
at: ſi fuerit rubea ſãguinea yposar
ã,ſi magis liuida lenco fauciã. Hæ
rinę ſolẽt apparere in ruptura venę
hilis & tunc maxime dolor ſentitur
ſeptimo ſpondili.

De vrina viridi.

Vrina viridis pauca mortem ſigni
cat ſi vngues digitorum fuerint in
ꝯti colore liuido,aut viridi.
iridis vrina in ſenibus, extinctio-
em caloris naturalis docet.
rina viridis in iuuenibus & adole-
entibus exceſſum prauiſſimę bilis
monſtrat,ſi ergo diu perſeueraue-
motus non paruus eſt ne conuul-
hominem à ſiccitate corripiat.

Viridis vrina cum circulo viridi in phreneſi eſt ſignum mortis.

De vrina liuida.

Vrina liuida per totum in omni ægritudine, eſt ſignum mortis.

Vrina in qua eſt circulus plumbeus aut liuidus in parte ſuperficiali, declarat epilepſiam.

Vrina ſecundum partem ſuperficialem cum granulis minutis ſeiunctis & ſeparatis, ſignificat in membris ſpiritualibus pleureſim, aut peripleumoniam.

Vrina liuida in hydropiſi difficilem curam ſignificat.

Vrina liuida per totum pauca oleoginoſa in pthiſi,
Febre ethica, mortem indicat & phreneſi.

Vrina liuida in pleureſi perſe-
uerans & peripleumonia, eſt ſignum
peſſimum & mortale.

Vrina liuida in tremore cordis ar
guit ipſum incurabilem.

Vrina liuida cum circulo granu-
loſo, vitium pulmonis indicat.

De vrina nigra.

Vrina craſſa mali odoris in viris
ac pueris deterrima eſt, in ſenibus ex
tinctionem innati caloris monſtrat.
In mulieribus cum ſedimine nigro,
ſolutionem menſtruorum oſtendit.

Vrina nigra ſi in fine ipſius febris
quartanę ſpectetur, magnam melan-
cholici ſucci colluuiem excerni ſigni
ficat, ac ſolutionem morbi.

Vrina nigra in magna quantitate,
quæ tingit pannũ etiã ſignificat ſu-
per criticã expulſionẽ, ſi ĩ fine febris
quartanę appareat.

☙ Vrina nigra quaſi ſanguis obſcurans, mortem ſignificat.

☙ Vrina nigra aquoſa in omnibus ætatibus, perditionem patientis ſignificat.

De vrina ſubtili & groſſa.

☙ Vrina valde ſubtilis, facultatis naturalis debilitatem, opilationem, mortem, aut inſignem ventris euacuationem ſignificat.

☙ Vrina craſſa ac turbida in initio ægritudinis ſi apparet, perditionem infirmi notat. In augmento, crudis in moribus refertas venas indicat, non tamen ceſſare naturam ſed eos vehementer concoquere, ſed ſi cum mingitur pura ſit protinus vero turbetur, iam crudi ſucci concoctionē aggredi naturam docet. Hæc vrina ſi ſpectetur in declinatione morbi, bo-

nis ſignis apparentibus, criſim perfectam, in dicat, hęc eadem ſi ad duos, ſex, ſeptem aut quindecim mēſes min gatur, monſtrat hominem tabe conſumi.

Vrina ſubnigra fœculenta, actualem ſignificat fluxum menſtruorum.

De circulis.

Secundum doctores, duo ſunt circuli, primus circulus ſemper apparet in ſuperiori regione vrinæ monſtrátque capitis diſpoſitionem. Secundus circulus quando videtur, locum habet in media regione vrinæ, ac diſpoſitionem ſpiritualium membrorum declarat.

Circulus ſi fuerit aquoſus, ſpiſſus ac dilatatus dolorem capitis ex phlegmate indicat.

Circulus rubicundus & ſpiſſus, dolorem capitis ex ſanguine.

Circulus rubeus & gracilis,dolorem capitis ex cholera.
Circulus albus & tenuis,dolorẽ capitis ex melancholia.
Circulus tremulus, fluxum catharralem,aut paraliſim ſignificat.
Circulus plumbeus, groſſus in ſubſtantia, denotat epilepſiam aut apoplexiam.
Circulus viridis & ſubtilis in febre acuta, aduſtionem & phreneſim indicat.
Circulus niger, ſignificat mortificationem, ſi liuidus præceſſerit circulus,aduſtionem vero ſi veridis.

De ſpuma.

Spuma continua, perſeuerans diu,ventoſitates monſtrat, prolixitatem morbi,& materiæ cruditatem.

Spuma interciſa ſimilis tincturæ croci, epatis ſignificat calefactionẽ.

De granulis.

In ſuperiori regione vrinæ, ſi granula fuerint oſtendentia vrinali moto, indicant materiam reugmaticam à cerebro fluere: Sed ſi fuerint in media regione vrinæ, ſignificant deſcenſum reugmatis ad neruos, pectus vel iuncturas.

De nubecula.

Nubecula ſemper ſignificat temperantiam, aut diſtemperantiam mẽbrorum ſpiritualium, nubecula alba eſt bona, nigra vero mala.

Nubecula vmbroſa cum quadam ſpuma crocea aut viridi, epatis calefactionem, & multitudinem cholerę indicat.

Nubecula liuida apparens in inferiori regione vrinæ ad modũ pulueris ſparſi, ſignat principium æthicę.

De iudicio ſuper exterius quibuſdam, quas innatant in humore vrinæ.

❧ A pleuratico ſeptimo die ſi vrina ſanioſa mingatur, ſignum eſt pleureſim per vias vrinæ terminari.

❧ Vrina ſanioſa cum rubeis contentis, renum vitium acutum ſignatur.

❧ Vrina ſanioſa cum extenuatione corporis ſi apparuerit phtiſim futuram portendit, aut colliquationis principium.

De pilis in vrina.

❧ Pili generãtur ex humoribus groſſis, vicioſis, frigidis, vnde galenus in ſexto libro loco affert de renũ affectibus At vbi (inquit) pilos meiando excretos vidi, tum ex colore, tum ex mole credidi: dicentibus eos ex craſſa lentaque materia, quam calor

calefecit exſiccauitque in venis conſiſtere, quanquam longitudinis ipſorum cauſſam nõ intelligo, quare Galenus vult eo loco, pilos in venis procreari, non in ſpacio renum.

Vrina oleoginoſa in febribus, diſſolutionem corporis & ethicam ſignificat.

De athomis.

Athomi, ſunt minutiſſima corpuſcula volitantia.

In vrina athomi ſi ſpectentur ſuperius aſcendentes & inferius deſcendentes, imprægnationem deſignant.

Athomi ruffi vel ſubruffi pingues in parte inferiori ſi reſideant in modum loturæ amidi, ſignificant mulierem maſculum concepiſſe, ſi athomi plumbei fuerint coloris, ſignificant concepiſſe femellam.

De ſquammis & fur-
furibus.

¶ In febribus ſi ſquammeę, aut fur-
fureę reſolutiones apparuerint ęthi-
cam ſignificant.

De cinericis reſolu-
tionibus.

¶ Reſolutiones cinericię ſubtiles in
colore adherentes globatæ & con-
gregatę adinuicem, in fundo reſiden
tes,indicant retentionem menſtruo-
rum.
¶ Cinericiæ reſolutiones ſubnigri
caloris ſparſæ per vrinam, fluxum
menſtruorum ſignificant.

Quibus in vrinis arenoſa ſubſi-
ſtunt,his renes calculo laborant, aut
veſica:ſi rubra renes,ſi alba veſica.

De hypoſtaſi ſine ſe-
dimine.

Hypoſtaſis eſt ſuperfluitas tertię digeſtionis cum vrina emiſſa. Hypoſtaſis naturalis debet eſſe leuis, æqualis & alba.

Hypoſtaſis rubea lougum ſignificat morbũ, ſed ſalubrem & bene terminabilẽ: Hypoſtaſis nigra ſi vrina fuerit alterius caloris mortẽ indicat.

Subrubea hypoſtaſis ex ſanguine generatur aquoſo, quare mõſtrat prolixitatẽ morbi ex humorũ cruditate.

Hypoſtaſis

Mediocris alba leuis, ęqualis, rotũda diu perdurãt & in fundo reſidẽs, ſanitatem monſtrat.

Pauca, victú tenuẽ, opilationes, facultatis naturalis torporem, aut morbum bilioſum indicat.

Multa in fortibus ac robuſtis, victũ liberaliorem & facultatis naturalis robur. In ęgrotis morbũ ex humoribus crudis ſignificat.

Homo naſcitur ad laborem, & auis ad volatum.

Aphoriſ-

MVS PRIMVS.

MInime (ſicut medicorum nonnulli cenſẽt) à paruis incipiendum auxiliis eſt, mox ſi nihil profecerint aggredienda ſunt maiora. In morbis in quibus periculum non impendet vera ea opinio eſt: at vbi morbus eſt magnus & opilatio magna ac vehemẽs, alieniſſimum à ratione eſt à minoribus inchoaſſe: quare bene dixit hypocrates, ad vltimos morbos, vltima remedia valere.

Aphoriſmus 2.

Si quem curare ſtudes affectum, euacuationem requirit: ſed ſi vires imbecillitate laborent, tunc ſunt reſtaurandæ, poſtquam reſtauratę fuerint, morbo eſt occurrendum.

Aphoriſmus .3.

In deplorata valetudine, à medela abſtinendum eſt, ac prædictionibus Hypocratis vtendum.

Aphoriſmus .4.

Secundum morbũ ambiens aer debet præparari, nam in febribus humidiores ſunt eligendæ ac præparãdæ domus foliis frigidis. E diuerſo ſi frigida humidaque ſit morbi ſpecies, calidæ domus ſunt eligendæ ac preparandę, calidis aromaticis.

Aphoriſmus .5.

Inedię quantum proſunt ad morbi concoctionem, tanto vel amplius ſtomacho obſunt; ægris ergo, magnam inediam non imperabimus, quemadmodum Arabes facere cõſuerunt, omnis enim repentina mutatio eſt periculoſa.

Aphoriſmus .6.

Purgantia medicamenta ſi non re
e exhibeantur virtutem lædunt,
nc nonnulli ex medicinis purgan-
bus decolorati, ac malo corporis ha
tu vixerunt, alii in morbos inci-
runt exitiales ſcilicet aquam inter
tem, iocinoris & ventriculi imbe-
llitatem.

aphoriſmus. .7.

In principio morbi materia etiã
trefacta ante digeſtionem neque
lneo, neque emiſſione ſanguinis
t purgatione eſt euacuanda, niſi
teria turgeat: Iuxta illud Hypo-
tis concocta medicari atque mo-
re non cruda, modo non turgeant,
lurima vero non turgent.

aphoriſmus .8.

In vigore morbi eo quod natura
morum noxiorum vacat vehemẽ-

ter, ſilentium eſt habendum, neque nouare, neque mouere aliquid, ſine medicamentis, ſine miſſione ſanguinis, ſed totum negotiũ naturę permittere debemus, ac victu tenuiſſimo e vtẽdum ſi vires non reclament. Nõ nulli à me fuere deprehenſi, qui in vigore morbi, ſecare fecerunt medianum vſque ad ſincopyn: ſed illis ignoſcat deus. Gandani vbi olim exercui praxim, vidi vnum medicum, qui exhibuit in vigore morbi dragmam ſemis opii cum aqua portulacę, tales non ſunt medici, ſed impoſtores.

aphoriſmus. 9.

Quotieſcunque in quantitate, aut qualitate, abundauerit ſanguis, & nihil impedimento fuerit, fiat phlobotomia. Verum cum abundantia ſanguinis, ſi obſtructiones magnæ fuerint (quæ quidem à glutinoſis corruptis & impactis ſolent prouenire humoribus) ſoluẽtur œnemate aut pharmaco conuenienti, præcedente digeſtione, ſi materia non turgeat.

aphoriſmus. 10.

Eo quod cauo iocinoris ventri-
lus ſubiicitur & ieiunum , iocino-
s caua deiectione tantum inanitur.
omachus vomitu deiectioneque.
d ſplen iocinoris gibba , veſica, ac
nes per vrinales meatus , verum ſi
tioſis ſuccis grauentur , per deie-
iones & pharmaca deiectoria ex-
rgantur. Inteſtina per œnemata &
ppoſitoria acuta : Cerebrum eua-
atur per palatũ, aures , vel nares:
ctus & pulmones per aſperam ar-
riem. Matrix prouocatione men-
uorum ſoluitur.

Aphoriſmus. 11.

A ſomniferis & opiatis eſt abſti-
ndum , ſed ſi æger ex vigiliis re-
luatur & ad mortis diſcrimen ten-
t vtere: Iuxta illud Hypocratis,
xtremis morbis extrema exquiſite
media optima ſunt. Periti medici

ad ſomnum prouocandum mater
euacuata, vtuntur philonio roman
& dyapapauere, interdum oleo ro
rum fricando frontem; nonnunq
opio ſed exhibent ſecundum arte

Aphoriſmus.12.

In omnibus morbis accidentia o
mnia, tum pręſentia, tum pręterita
tueri debent. Pręſentia quidem ipſ
met medicus perquirat. Pręterita
ro non ſolum à laborante, ſed etia
ab ipſis aſſiſtentibus interrogand
per diſcat.

Aphoriſmus.13.

Si duo morbi eundem hominem o
ſederint, aduerſus id quod magis
geat eſt inſtandum, neque alterum
mnino eſt negligendum.

Aphoriſmus.14

ſ Lædũt vires dolor, vigiliҫ, venus, fames, & immodica euacuatio.

Aphoriſmus. 15.

Durus in dextra præcordiorum tumor non ſplenis, ſed iocinoris affecti nota eſt, ſi fuerit in ſiniſtra, non hepatis, ſed ſplenis affectum portendit.

Aphoriſmus. 16.

Ventriculus ſi cruditate laborauerit, cibos difficilis digeſtionis non conficit, ſed vomitus, ventoſitates, ac ructus generat, pallidumque hominem reddit.

aphoriſmus. 17

Cum temperati hepatis munus

ſit ſanguificare:hepar calidæ intemperantiā ſi afficiatur,humores aſſit & adurit.Frigidæ humores craſſos & ad motum contumaces reddit.Si humidę tenues aquoſioreſque reddit humores,ſi ſuccæ ſuccos generat.

aphoriſmus.18.

Splen ſi duriciæ,tumore, aut imbecilitate laborauerit, vniuerſum corpus nigreſcere videtur,nam hoc ei natura officium dedit, vt melancholicum ſangninem ab hepate attrahat: quādo ergo non attrahit,ſanguis in vniuerſum corpus tranſmittitur,quocirca color nigrior euadit.

aphoriſmus.19.

Si pulmones inflammatione laborent,patiens dolorem non ſentiet eo quod ſenſu careant: verum tanta inducetur ſpirandi difficultas, tantaque anguſtia vt ſuffocari videatur.

aphoriſmus.20

Veſicę ſuperueniunt dolores ac pręter naturam tumores, vrinæ retentio, ſtranguria, ac immoderata vrinæ excretio.

aphoriſmus.21.

Molles, candidi, & obeſi humorem non habent melancholicum diſperſum per totum corpus, macri vero nigri hirſuti, & quibus latæ ſunt venę, aptiſſimi ſunt vt huiuſmodi humor in ipſis cumuletur, ſi tenui victu fuerint educati.

aphoriſmus.22

Lac optimum eſt, ſi guſtanti olfacientique ſuaue fuerit, intuenti candidum & ęquale, quod vitroſum eſt ē diuerſo craſſum, caſeoſum, liquidū, liuidum vel feroſum tum cōſiſtentia ipſa coloreque inęquale videbitur, guſtantibus autem amaritudinē, aut

ſalſetudinem, vel qualitatem extraneam exhibebit.

aphoriſmus.23

Vterus aliquando ſurſum aſcendit, ſæpe deorſum fertur, propter plenitudinem vel inanitionem. Si à natura deorſum protrudatur, odorata naribus applicentur, & fœtida per inferius. Quando ſurſum aſcendit, fœtida naribus ſunt applicanda, & fumigia ex thure, maſtice, ligno aloes, fieri debent. Pro matronis, fiant fumigia ex ambra, muſco, & ſtorace calamitari.

aphoriſmus.24

In appoplexia forti peſſima eſt reſpiratio. In debili mediocris, ſi ortum habeat Appoplexia à ſucco pituitoſo, fiant fricationes, & ſoluatur venter œnemate acri, deĩde curetur ſecundũ artẽ, ſi à ſanguine fiat miſſio ſanguinis, ſi vires poſſint ferre. Hoc facto, nerui humoribus impleti, reliquaque mẽbra debilitate corroborẽtur congruis medicinis.

aphoriſmus.25

Empericus ſi cliſteribus variis aut ſuppoſitoriis debilitauerit inteſtina alicuius patientis vt ſępe fit, medicus ſine vlla heſitatiõe vtatur noſtro œnemate quod hoc modo cõponitur. Recipe vini vinoſi librã vnã, caſię fiſtulę mundatę vncias duas, butiri ſalſi vnciã vnã & ſemis, ſi butirum ſalſum non habeatur, ſumatur tantumdem butiri, cum dragma vna ſalis: hęc ad ignem ponat famulus pharmacopolę, donec liqueſiat butirum, deinde vtatur ſuo officio.

aphoriſmus.26

Dion morbo laborãs, à calidis ſi nocumẽtum nõ percipiat, colligemus illũ morbo frigido laborare. verũ ſi frigidis iuuetur ac calidis lędatur, cholerã flauã abũdare oĩbus eſt manifeſtum.

aphoriſmus.27

Natura gaudet cõſuetis. Idem habet Hippocrates paragrapho, de repentina mutatione conſuetudinis.

Aphoriſmus.28.

Poſt cibum exercitia debent eſſe moderata, ne cibi inconcocti crudi ante concoctionem in omnes animalis partes rapiuntur, ac in ſtomacho conquaſſantur atque corrumpantur.

Aphoriſmus.29.

Vbi vires ſunt valentes nihil non ferunt, imbecillæ factæ facile lęduntur.

Aphoriſmus.30.

Febricitantibus in quantum febricitant, ex ipſa contrariorum indicatione, victus humidus conducit.

Aphoriſmus.31.

Succus vitioſus qui in tunicis vētriculi eſt receptus, hyera pigra hoc

eſt amara, debet euacuari.

Aphoriſmus. 32.

Pleuretici non audent tuſſere, nã omnis dolor in parte ſenſibili per motum augetur. In pleureſi pulſus non eſt magnus, nam cor non dilatatur.

Aphoriſmus. 33.

Dum alteratur ac corrumpitur natura, dolores fiunt. Alteratur autem natura, cum caleſit, infrigidatur, ſiccatur aut humectatur.

Aphoriſmus. 34.

Remedia quæ contrarios habent effectus, ſimplici morbo non conueniunt.

Aphoriſmus. 35.

Ex debilitate tractoriæ lienis nõ potentis trahere & expellere melancholiam, morbi melancholici generantur.

Aphoriſmus. 36.

Os ſtomachi eſt neruoſum, hinc ab omnibus valde ſenſibile iudicatur.

Aphoriſmus. 37.

Pulmones cum ſint molles, facile vlcerantur aut putreſcunt, ſenſu tamen ac dolore carent (vt dictum eſt prius) eo quod ſint ſine muſculis & neruis.

aphoriſmus. 38.

Tuſſiendo ſi quis ſanguinem emiſerit ſpumoſum, vlcerationem ſiue erosionem eſſe in pulmonibus colligemus: Si ſanguis non fuerit ſpumoſus venit ex venis. Sanguis qui à capite ex catharro deſcendit ad pulmones, eſt valde rubicundus.

aphoriſmus 39.

Tria ſunt quę ad libidinem con-
urrunt,ſcilicet denſitas partium,ca-
oris copia,& ſeminis abundantia.

aphoriſmus.40.

In phreneſi cerebrum & arterię
ehementer reſiccantur, quare phre-
ietico capiti ſunt applicanda empla-
tra frigida.

aphoriſmus.41.

Stupefactiuis & narcoticis ſi vti
olueris ad prouocationem ſomni,
er horam à cœna exhibeantur: Si
edare dolores volueris aut fluxum
anguinis cohibere, tribuantur ſto-
nacho ieiuno. Vt frigiditas opii tē-
eretur, caſtoreum opio miſceamus:
æpe margaritæ opio admiſcentur,
d confortationem membrorum ſpi
itualium.

aphoriſmus.42.

Conuenientia naturæ in robu-
ſtis, morbos facit faciliores: quare in
ſenibus ſecundum Hippocratem pro
pter debilitatem virtutis raucedines
& grauedianes non facile curantur.

aphoriſmus.43.

Spiritus dupliciter infrigidan-
tur, vno modo per diaſtolam, ſecudo
modo per thoracem, dilatato enim
thorace, aer per totum corpus di-
ſtribuitur.

aphoriſmus.44.

De hecticarum curatione ſpera-
re licet, de marraſmo non item, ſi ſo-
lida vicerit, vti neque de conglutio-
ne ex ardente febre longo tempore
protracta, tanta enim ſolidorum ſic-
citas non curatur.

FINIS.